# CAROLI LINNÆI

EQUITIS DE STELLA POLARI,
ARCHIATRI REGII, MED. & BOTAN. PROFESS. UPSAL.;
ACAD. UPSAL. HOLMENS. PETROPOL. BEROL. IMPER.
LOND. MONSPEL. TOLOS. FLORENT. SOC.

# SYSTEMA NATURÆ

PER

*REGNA TRIA NATURÆ,*

SECUNDUM

CLASSES, ORDINES,
GENERA, SPECIES,

CUM

*CHARACTERIBUS, DIFFERENTIIS,*
*SYNONYMIS, LOCIS.*

## TOMUS I.

EDITIO DECIMA, REFORMATA.

*Cum Privilegio S:æ R:æ M:tis Sveciæ.*

*HOLMIÆ,*
IMPENSIS DIRECT. LAURENTII SALVII,
1758.

Nisus. 26. F. cera viridi, pedibus flavis, pectore albo fusco undulato, cauda fasciis nigricantibus. *Fn. svec.* 68.
Accipiter fringillarius. *Gesn. av.* 51. *Aldr. ornith. l.* 5. *c.* 3 *Bell. av.* 19. *b. Will ornith.* 51. *t.* 5. *Raj. av.* 18. *Alb. av.* 3. *p.* 4. *t.* 4. & 1. *p.* 5. *t.* 5. *femina.*
Moscheutus. *Aldr. ornith.* 345.
*Habitat in* Europa; *Columbis Passeribusque infestus; venatur egregie Alaudas, eoque utimur in aucupiis.*

## 42. STRIX. *Rostrum* aduncum (absque cera) basi pennis setaceis tectum.
*Caput* grande auribus oculisque magnis.
*Lingua* bifida.

* *Auriculatæ.*

Bubo. 1. S. capite auriculato, corpore ruffo. *Fn. svec.* 45.
Bubo. *Bell. av.* 25. *a. Gesn. av.* 234. *Aldr. orn. l.* 8. *c.* 2. *Will. orn.* 62. *Alb. av.* 2. *p.* 9. *t.* 9. *Frisch. av. t.* 93.
*Habitat in* Europa.

scandiaca. 2. S. capite auriculato, corpore albido. *Fn. svec.* 46.
*Habitat in* Alpibus Lapponiæ.

Asio. 3. S. capite aurito, corpore supra ferrugineo subtus cinereo, alis punctis quinque albis.
Noctua aurita minor. *Catesb. car. l. p.* 7. *t.* 7.
*Habitat in* America.

Otus. 4. S. capite auriculato pennis senis. *Faun. svec.* 47.
Otus s. Asio. *Bell. av.* 25. 6. *Aldr. orn.* 1. 8. *c.* 3. *Will. ornith.* 64. *t.* 12. *Raj. av.* 25. *Frisch. av. t.* 99. *Alb. av.* 2. *p.* 10. *t.* 10.
*Habitat in* Europa.
*Cristæ auritæ albidæ fasciis sex fuscis.*

Scops. 5. S. capite auriculato penna solitaria.
Scops. *Aldr. ornith. l.* 8. *c.* 4. *Raj. av.* 25.
*Habitat in* Europa.

** *In-*

Strix *differt a* Falcone *ut Phalæna a Papilione; altera enim diurna, alter nocturnus est.* Noctu *prædantur aviculis, muribus; die cæcutiunt; pedes lanati ne frigescant; aures amplæ ut percipiant; die aviculis opprobrio expositæ.*